



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

Votum Auctoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

VOTUM AUCTORIS.



ECce, Deus ter Optime Maxime, confertas hic turmas hostium tuorum, ex antiqui illius Serpentis, in Ecclesiæ tuæ agro disseminatis, dentibus enatorum; Ecce me eisdem arenæ inclusum, & ad defendendum contra rugientes hos Leones, Dracones monstrosos, & mordentes viperas, strenue arma capeffentem. Victoriâ ego mihi facilem video, Domine; si modo cœlestis tui lactis guttam tam linguæ quam pennæ meæ instillaveris, ut illa tamquam tonitru adversam aciem percellam, hac vero crimen illud læsæ divinæ & humanæ Majestatis, infinita mala & enormes impietates, à portentosis Hæreticis ac juratis ecclesiæ tuæ hostibus commissas, chartis his, ad æternam posteritatis memoriam, insculpam ac consignem. Et quemadmodum olim, ô præpotens rerum omnium Deus, turrâ illam Babylonicam, cœlo minantem, immissa linguarum confusione, nullo negotio dejecisti: sic largire, quæso, ut nova hæc Cadmea progenies, inter se commissâ, mutuis armis & vulneribus contrariarum opinionum conficiatur. Siste hæreticorum ambitionem, furorem eorum compesce, & pro meritis eis retribue. Diffusa spiritu tuo illas vanitatis ampullas. Ut penitus perdantur, satis erit producere illos tales quales sunt: & ilices non erunt. Errorem commonstrare, confutare erit. Ruunt illi in malum: nec instantem à tergo Nemesein vident. Soli novas has aquilas obtuendo objiciamus, spurium ferum esse facile apparebit. Tu modo ô Deus, mihi per densissimam hanc tot tamque diversarum Hæreseon caliginem ambulanti, earumque mysteria excutienti, cœlestem illam tuam facem accende, ut tam tætros errores in lucem producere, atque universo Mundo ostendere possim. Fave huic meo ad nominis tui unius gloriâ suscepto conatui, daque ut is omnibus sit salutaris.

MVTOV

* *

APPRO-